

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres**

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

**Landmeter, Laurentius**

**Lovanii, 1626**

Cap. II. Habere omnium gentium morem, vt qui Sacris præsunt,  
peculiariter vestiantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11007**

CAPVT II.

*Habere omnium Gentium morem ut qui Sa-  
cris præsunt, peculiariter vestiantur.*

**T**RANSEO ad eorum habitum. Et sermo mihi est de veste aut habitu communi, siue eo qui in quotidianâ conuersatione erat in vsu. Fuisse eum distinctum, saltem in Ecclesiæ pace, ab habitu Laicorum, mos omnium Gentium conuincit. Quia apud quantumuis barbaras nationes, qui eminētiorem vitæ rationem inibant, idipsum veste, quasi extero symbolo, profitebantur. Apud Iudæos Scribæ & Pharisæi (qui, vt alibi scribit D. Hieron. erāt Clerici Iudæorum) peculiari indumento vsi. De Scribis docet Epiph. <sup>Panor. L.  
I.C. 15.</sup> habebat (inquit) fimbrias quasdam significatiuas politiæ ipsorum. De Pharisæis iubiungit, In pre- Cap. 16. dicto habitu Scribarum progrediebantur, per amicula & alios ornatus, ac muliebria pallia, in latis crepidis ac calceamentorum ligulis procedentes, Apud Romanos, Virgines vesta-

## 8 DE VETERE CLERICORVM

Vestales , albâ quidem veste sicut cæteri  
vsæ , sed ad discretionem, *limbo punicante,*  
*Lip. in*  
*Syntag.*  
*de vestal.*  
*Ad c. 48.*  
*Ezech.*  
qui ornatus etiam Sacerdotum ac Magi-  
stratus. Auctor Lipsius. Sacerdotes Ægyp-  
tij lineis vestibus vtebantur, non solum in-  
trinsecùs sed etiam extrinsecùs (inquit D.  
Hieron.) vnde est de illis lepidum illud  
Martialis:

*Linigeri fugient calvi, sistrasaq; turba.*  
*Inter adorantes sisterit Hermogenes.*

& Iuuenalis:

*Qui grege linigero circumdatus.*

Ac apud Indos, tam Orientales quam Oc-  
cidentales vsque ad hæc nostra tempora,  
peculiaris habitus fuit ijs, qui Sacris præ-  
rant. De Sacerdotibus, Monachis, Monia-  
libus Mexicanorum , ac eorum veste &  
*Hist. Oe-*  
*cident.*  
*Indie l. 5.*  
ornatu, scripsit P. Joseph à Costa , quem  
vide. Ac generatim, veterum Philosopho-  
rum vestis, pallium. Ut igitur ad proposi-  
tum redeamus, & primùm Clericos , dein-  
de Monachos à capite ad calcem descri-  
bamus, occurrit prima quæstio, de Pilleis.

CAPUT